Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/310837

# THESES JURIDICAE INAUGURALES.

7.

# THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI GERHARDI VISSCHER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

ARNOLDUS LOOIJEN,

**Noviomagensis,**

**A. D. XXIX M. Maji, Anni MDCCCLVI, Hora II.**

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD G. F. KOCH.

MDCCCLVI.

TYPIS J. VAN BOEKHOVEN.

# THESES JURIDICAE.

I.

Naturali obligationi pignus accedere potest.

II.

Conciliari possunt l. 101 D. § de solut. et l. 55 D. de fidejuss. et mand.

III.

Ex lege 11 § 18 D. de act. emt. vend. recte probatur eum qui emerit, pacto de non praestanda evictione adjecto, nec pretium, neque id quod interest, si res evicta est, repetere posse a venditore, nisi auctor dolose egerit.

IV.

In artic. 2 C. C. alin. 2ª verba: *en alle persoonlijke dienstbaarheden* abundant.

V.

Uxorem invito marito domicilium commune derelinquentem non vi reduci licet.

VI.

Qui secundum artic. 407 C. C. alin. 2ª perdit tutelam a tribunali removendus est.

VII.

*Causa* in articulo 1371 C. C. sequentibus nominata non est ea quae contrahentem ad agendum impulit, sed fons juris ex quo obligatio nascitur.

VIII.

Jure nostro fidejussores beneficium divisionis invocare possunt, quamquam excussionis beneficio renuntiaverint.

IX.

Assignationes (Assignatiën) non semper sunt litterae mercatoriae (handelspapier).

X.

Nautae nullam mercedis partem exigere possunt si navis in reditu intereat, licet nauli pars exercitoribus solvatur.

XI.

Assecuratio salvae navigationis (op behouden varen) ut dicitur lege nostra non admittitur.

XII.

Recte curia Gelriae nuperrime judicavit (Weekbl. v. h. R. 1856 n° 1742), admissionem gratis procedendi peregrinum non liberale ab obligatione cautionis judicatum solvi.

XIII.

Mutata jure nostra doctrina de transferendo vel sine traditione dominio, in explicandam et applicandam

legem Gallicam de insinuatione apud acta, quae *registratio* vulgo dicitur, vim omnino nullam habet.

XIV.

Non facio cum judice cantonnali (Weekbl. v. h. R. 1856. n° 1744) statuenti, in artic. 7 alin. 2ª legis venatoriae et piscatoriae verbum *zonen* excludere filias.

XV.

Jurisdictio administrativa rite ordinata maxime optanda est.

XVI.

Injuriae et calumniae persecutio, de qua in artic. 22 Cod. quaest. Crim. alin. 2ª sermo est, intelligenda est de laesione personae publicae munere suo fungentis.

XVII.

Imperfecta est poenae definitio, quae legitur apud clarissim. Heffter: «*Strafe ist Vernichtung der Schuld an dem Schuldigen.*» (Lehrb. des Gem. Deutsch. Straf R. 5ᵉ aufl. § 4).

XVIII.

Praeclare Rossi, (traité de droit Pénal livr. II chap XXIII): «Le pauvre mourant de faim est en état de contrainte morale, dans l'hypothèse il ne peut choisir qu'entre le vol et la mort. Son action est illégitime mais excusable.»

XIX.

Batavus sine venia Principis exterae militiae adscriptus, non ex articulo 75 C. P. puniri posse videtur.

XX.

Minus recte legislator noster eandem poenam constituit in eos, qui monetam circumciderint et qui adulteraverint. — (l. 24 April 1836, art. 1; 2, St. 15).

XXI.

De zoogenaamde *hypotheekbanken* zijn bevorderlijk aan de nijverheid, en als zoodanig zeer aan te prijzen.

## XXII.

Zeer oeconomisch drukt zich Schiller uit aan het slot van het gedicht *der Kaufmann :*

*Güter zu suchen*
*Geht er, doch an sein Schiff knüpfet das Gute sich an.*

## XXIII.

Juist zijn de woorden van Say (Cours compl. d'Econ. pol. prat. tome II, partie 8, chap. IV) :

«Or il est évident qu' un impôt sur les successions, qui se paie presque toujours sur un capital, est un des impôts les moins pénibles à acquitter. Il est pris sur un bien dont la destination n'était point fixée d'avance, sur un bien que l'heritier n'avait pas compris dans ses ressources ordinaires, et dont on lui demande une portion au moment où il reçoit, c'est à dire où il a entre les mains, la chose qu 'on lui demande. Cet impôt ne serait injuste et préjudiciable que par son excès.» —